



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Ad it tamen non allusit David.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

erat, ejus verba capienda minime  
puto. Populos ditioni suæ sub-  
jectos recenset. *Distribuo, inquit,  
Sichem, & vallem Succoth metior;  
Mea est Gileaditis, meus Manasse,  
& Ephraim arx capitis mea. Judah  
legislator meus. Moab pollubrum  
meum, super Edomum projicio cal-  
ceum meum: super me, ô Palestina,  
jubila.* Quasi dicat; totus Israel  
me Regem agnoscit & mihi paret:  
Moabitæ quoque & Edomæi bel-  
lo subacti serviunt mihi. Ut de  
populis subjugatis quidem trium-  
phet David, illos vilissimum præ-  
stare ministerium, sed de contu-  
melia & ludibrio, quo habiturus  
erat devictas gentes, nihil dicat.

Vatab. ad  
Pl. 60.

IV. Franciscus Vatablus, vir  
Hebraicè doctissimus, *projiciam cal-  
ceamentum meum*, putat esse Phrasin  
Hebraicam pro *immittere pedem*; q. d.  
*calcabo Edom tanquam mihi subjectam.*  
Consentit vir elegantissimus Bene-  
dictus Balduinus, qui, cum notasset  
*calceamento dominium sive jus aliquod  
in rem aliquam denotari*, inde dictum  
putat: *In Edom extendam calceamen-  
tum meum*, h. e. *eam mihi subjiciam.*  
Non multum discrepant Belgæ in-  
ter-

Bald. de  
Calc. Ant.  
pag. 242.

Belgæ ad  
Pl. 60.